



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 5. Concordiæ articuli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

tur. Sacerdotibus agros emere sine Sæc. XVII.
 omnium Statuum licentia non permit- A. C. 1608.
 tatur: cunctis Tempora **pro** utriusque
 partis religionem profitentibus exstruere
 liceat. Academiæ & Consistorio Pro-
 testantes adjungantur, Officia Politica
 utriusque Religionis Viris conferantur,
 demum ad Cæsarem unicuique aditus pa-
 teat, nec per Consiliarios omnia per-
 ficiantur. Plures adhuc alias leges
 præscripserunt Cæsari, qui etiam in
 plerasque, præterquam quæ Religio-
 nis negotium concernunt, nullo nego-
 tio consensit: Religionis autem capita
 ad conventum proximum circa Divi
 Michaelis festivitatem celebrandum di-
 stulit. Hæc dum interea gerebantur,
 Matthiæ Archiducis Oratores die vige-
 sima sexta Maji quædam concordiæ ca-
 pita proposuere, quæ tamen cum gra-
 viora essent, consultum videbatur Or-
 dinibus, ut utriusque partis Legati pro-
 pe Debritsum convenientes maturius
 desuper deliberarent. Annuere Archi-
 ducis Legati, qui die nona Junii ad
 castra sua rursus profecti sunt, Orato-
 ribus Cæsareis eo pariter contendenti-
 bus.

§. V.

Concordiæ articuli.

T 5

Inte-

Sæc. XVII. Interim summus Pontifex hujus diffidii
 A. C. 1608. arbitrum unacum S. R. J. Electoribus
 agere, omnibus viribus adlaborabat, quorum etiam opera mitigatus Cæsar
 die decima septima Junii in has condi-
 tiones consensit. I. Jus in Hungariæ
 Regnum in Matthiam transferatur, dum-
 modo præter ipsum nullus alius in Re-
 gem ab Ordinibus eligatur. II. Scripta,
 literæ & privilegia Hungaricum Re-
 gnum concernentia eidem tradantur.
 III. Cæsar administrationem Austriæ
 utriusque Archiduci, dummodo æs a-
 lienum tam in Hungaria quam Austria
 in se recipiat, cedere paratus sit, Tiro-
 lensi Comitatu sibi reservato. IV. Ex
 his Provinciis honestum Cæsari subfi-
 dium annue conferatur. V. Matthias
 in Bohemiam, Rudolpho sine prole ma-
 scula decedente, succedat ac designatus
 Rex nominetur. VI. Moraviæ admini-
 stratio eidem statim permittatur ad-
 jecto Marchionis titulo. VII. In co-
 mitiis Imperii proximis definiatur, quid
 Imperii Status ad bellum Turcicum con-
 ferre teneantur, quin tamen interim
 Ordines Bohemici plus, quam hacten-
 us soliti essent, contribuere compellantur.
 VIII. Cæsar ad preces Archi-
 ducis Silesitis privilegia vetera confer-
 vet, & nova, dummodo honesta, con-
 ferat. IX. Utrunque plena sit præteri-
 torum

Piassec. l. c.
pag. 225.

torum oblivio, armorumque finis. His Sæc. XVII.
 pactis velut cinere operta tunc fuit illa A. C. 1608.
 Fratrum discordia, quæ tamen brevi in
 gravius exarsit incendium. Interim
 vero Cæsar coronam & Hungarici Re-
 gni insignia, quæ penes se Pragæ reti-
 nuerat, per Cardinalem Dietrichsteinium,
 in Archiducis castra transmisit: ipse
 vero Matthias prima Julii die motis ca-
 stris Lintzium profectus, decima quarta
 ejusdem Mensis die unacum fratre suo
 Maximiliano Viennam ingressus est, in-
 genti pompa, ac communi omnium læ-
 titia exceptus. Tertio post die Turci-
 cus Orator ad Regis alloquium admif-
 sus; oblatis pretiosis muneribus eum
 de confirmanda pace omnibus modis
 sollicitabat.

§. VI.

*Protestantium Austriacorum postulata
 circa sedtæ suæ libertatem.*

His interim Viennæ agitatatis summus Merc. Gallo-
 Pontifex Romæ Mense Majo Me- belg. t. 6. l. 3.
 linum in Germaniam Nuntium Aposto- Khevenhiller
 licum designabat, dato eidem negotio, annal. Ferd.
 ut omne fidei Catholicæ præjudicium tom. 8.
 sedulo præcavere studeret. Hic ergo Reva l. c.
 nona Julii die Pragam adventans pau- P. Barre
 lopost Viennam concessit; ibidem enim hist. d'Al-
 majus periculum imminere intellexe- lem. tom. 9.
 rat,